



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

20. Romanus Pontifex &c. Constitutio super facultatibus Majoris
Pœnitentiarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

† Ego Jacobus Tit. S. Mariæ de Araceli Presb.
Card. de Angelis promitto, voveo, & juro.

†

†

†

† Ego M. Antonius Barbadicus Tit. S. Sufannæ
Presbyter Card. S. Sufannæ promitto, voveo,
& juro.

†

†

†

† Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte aureo Pres-
byter Card. de Goeffen promitto, voveo, &
juro.

†

† Ego P.M. Tit. S. Marcelli Presbyter Card. Petruc-
cius promitto, voveo, & juro.

†

†

†

† Ego Joseph Saenz Tit. S. Balbinæ Presbyter
Cardinalis de Aguirre promitto, voveo, &
juro.

† Ego Fortunatus Tit. SS. Joannis, & Pauli
Presbyter Card. Carafa promitto, voveo, &
juro.

† Ego Bandinus Tit. S. Pancratii Presbyter Card.
Panciatius promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Ferdinandus Tit. S. Clementis Presbyter Card.
de Abdua promitto, voveo, & juro.

† Ego Tullanus Tit. S. Agnetis extra mœnia Presby-
ter Cardinalis de Janfon Forbin promitto, vo-
veo, & juro.

† Ego Jo. Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & perna
Presbyter Cardinalis Rubinus promitto, voveo,
& juro.

†

† Ego I. B. Tit. S. Anastasiæ Presbyter Card. Costa-
gutus promitto, voveo, & juro.

†

†

†

†

†

† Ego Urbanus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus
Card. Sacchetti promitto, voveo, & juro.

†

†

† Ego Fulvius SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus
Card. Astallius promitto, voveo, & juro.

†

†

† Ego Petrus Sancti Laurentii in Damafo Diaconus
Cardinalis Orthobonus S. R. E. Vice-Cancellar-
ius promitto, voveo, & juro.

† Ego C. S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Bi-
chius, promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Aloysius S. Mariæ in Porricu Diaconus Card.
Homodeus promitto, voveo, & juro.

† Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card.
Albanus promitto, voveo, & juro.

† Ego Franciscus S. Angeli in foro Piscium Diaconus
Card. Barberinus promitto, voveo, &
juro.

† Ego Laurentius S. Mariæ in Aquiro Diaconus
Card. de Alteriis, promitto, voveo, & juro.

Loco ✕ plumbi.

B, Card. Prodaturus. I. F. Card. Albanus.
Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi
millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione
decimâquinta, die verò vigesima octava Junii, Pon-
tificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Do-
mini Nostri Domini INNOCENTII Divinâ Pro-
videntiâ Papa XII. Anno Primo; supradicta Con-
stitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ
S. Johannis Lateranensis, Floræ, & in alijs locis solitis,
& consuetis Urbis, per me Andream Dominicum Si-
moncellum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papa
Cursorem.

*Agapitus de Magistris Cursorum
Magister.*

Constitutio super facultatibus Majoris Pœni-
tentiarii.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei me-
moriâ.*

Romanus Pontifex omnium Christianissimum Pa-
ter, & Pastor, ejus, qui ut peccatores pretiosi
sui Sanguinis profusione redemptos salvos faceret,
semetipsum exinanivit, vices gerens in terris, ad ea
per quæ sibi cælitus commissi gregis salutem uberius
consultur, præcipuis debet, & indefessis studiis in-
cumbere, sibi que in Petro Apostolorum Principe at-
tributam potestatem, qui infallibili Christi Domini
testimonio, quidquid solverit super terram, erit
solutum & in Cælis, per se, & respectivè per alios
provida dispensatione exercere. Hujus considera-
tionis intuitu Romani Pontifices Prædecessores No-
stri Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & Majori
Pœnitentiariorum quampures, & amplas facultates
concesserunt, illasque aliquando, in iis præsertim,
quæ forum internum non concernebant, reforma-
runt, & quandoque ampliârunt & immutarunt,
prout rerum, & temporum circumstantiis, opportu-
nitatibus, & vicissitudinibus attentè pensatis, censue-
runt in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem post antiquiores Officii hu-
jusmodi status fel. rec. Pius Papa VI. Prædecessor
Noster Officiorum, & Tribunalium Romanæ Cur-
iæ reformationi Pastoralis sollicitudine intentus, ad
ejusdem Pœnitentiariæ Officium, in quo morum
censura, & animarum salus præcipuè vertitur, con-
siderationis suæ oculos direxit; habitaque desuper
cum tunc existentibus S. R. E. Cardinalibus delibera-
tione matura, ipsoque Majore Pœnitentiariorum, ac
ejus Officialibus auditis, ac omnibus maturè consi-
deratis, de eorundem Cardinalium consilio, quòd
de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempo-
re existens Major Pœnitentiariorum, Regens, Corrector,
Scriptores, & Procuratores, ac alii quicum-
que ejus Officialis, & Ministri ab eorum omnium,
quæ in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus
continebantur, & forum internum, seu pœniten-
tiale plerumque non respiciebant, concessione, &
commissione penitus cessare, & abstinere deberent,
per quasdam suas Anno Incarnationis Dominicæ
millesimo quingentesimo sexagesimo secundo quin-
to Nonas Maji Pontificatus sui anno tertio expedi-
tas Literas auctoritate Apostolica statuit, & or-
dinavit.

§. 2. Successivè recol. mem. Pius Papa etiam
Prædecessor Noster tempus, & necessitatem, sui que in-
stituti rationem postulare perpiciens, ut in multis
Romanæ Curie rebus novam deinceps formam pro-
poneret, ejusmodi verò curam ipsum impensius soli-
citare, ut ad ea in primis incumberet, quæ salutem, &
periculum respiciebant animarum, ac à præfato Pœni-
tentiariæ Officio initium capere, novamque illi pro fu-
turis facultatem statuere volens, de Apostolicæ pote-

XX.

Exordium
ex debito
Pastorali.Refertur in
genere di-
positiones
Ante-
cessorum.Refertur
Constitutio
Pii IV.,
qua mode-
ratus fuit
facultates
respectu
Fori ex-
terni.Refertur
alia Con-
stitutio B.
Pii V. re-
vocatoria
concessio-
rum, etiam
vivæ vocis
oraculo.

statu

statis plenitudine omnem, & quamcumque ejusdem Officii, & Pœnitentiarum Majoris auctoritatem, jurisdictionem, & potestatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & indulta illis, cæterisque omnibus dictæ Pœnitentiariæ tunc existentibus Collegiis & personis ab ipsius Officii institutione per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores suos, ac seipsum, & Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex ipsius certa scientia, deque prædictæ potestatis plenitudine, tam in genere, quam in specie, ac de mandato speciali, & expresso, etiam vivæ vocis oraculo emisso, & ex quibuscunque causis concessa, confirmata, ac etiam pridem à memorato Pio IV. Prædecessore reformata, restricta, & moderata, quibuscunque concepta formulis, & etiam restrictivis, derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus, etiam vim contractus inducentibus clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis suffulta, quorum omnium tenores haberi voluit pro expressis, quæcumque essent, (potestate Minorum Pœnitentiarum suorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu tunc pridem editis Litteris salvis, & integris remanentibus) revocavit, suppressit, & abolevit, & alias prout in ejusdem Pii V. Prædecessoris quarto Kal. Maji Anno præfatæ Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, & Pontificatus sui quarto desuper expeditis Litteris uberius continetur.

§. 3. Utque memoratus Pius V. Prædecessor habitus de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & officiis ratione explicata, novam futuris formam de integro præscribere valeret, qua ipsum Pœnitentiariæ Officium certis quibuscunque facultatibus, quæ aliis officiis magis conveniebant, exoneratum, atque expeditum, deinde ea quæ Animarum salutem præcipue concernebant, attentiore studio prosequeretur, quinto decimo Kal. Julii ejusdem Anni millesimi quingentesimi sexagesimi noni duas edidit Constitutiones, in quarum prima, quæ incipit, *In omnibus rebus*: Ministrorum qualitatem, numerum, functiones, & officia in posterum ordinavit: In alia verò, quæ incipit, *Ut bonus Pater familias*: Pœnitentiariæ hujusmodi Officium nonnullis ibidem relatis facultatibus dumtaxat, quas penitentialis muneris maxime proprias, ac egenitium Christianidelium remedio accommodatas censuit, comminavit.

§. 4. Deinde nihilominus idem Pius V. Prædecessor, ejusque Successores Rom. Pontifices quampluribus vivæ vocis oraculis, & piæ mem. Gregorius Papa XIV. pariter Prædecessor Noster etiam suis in forma Brevis die decima Aprilis Anni millesimi quingentesimi nonagesimi primi expeditis Litteris, reformatas, ut præfertur, memorati Officii facultates multoties ampliarunt, & extenderunt.

§. 5. Verum hujusmodi facultatibus valde, ut præfertur, multiplicatis, & adauctis, sim. memoratæ Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor Noster memoratorum Pii IV. & Pii V. Prædecessorum vestigiis inhaerens, per suas die decima septima Septembris Anni millesimi sexcentissimi trigessimæ quarti Pontificatus sui duodecimi in forma Brevis pariter expeditas Litteras, prævia, quoad inibi descripta capita, quarumcumque facultatum, seu Indulgarum, ac vivæ vocis oraculorum desuper concessorum, & aliter emanatorum, quæ iisdem Litteris adversarentur, revocatione, Motu proprio, ex certa scientia & matura deliberatione suis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine statuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Major Pœnitentiarum, & ejusdem Pœnitentiariæ Regens, ceterique ejus Officiales, & Ministri pro tempore existentes, à particularium casuum, & negotiorum inibi expressorum concessione, commissione, & expeditione, quæ alias nullæ essent eo ipso, penitus cessare, & abstinere deberent.

§. 6. Adhuc tamen, & post hujusmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad hæc usque tempora vivæ vocis oracula facultates hujusmodi ampliantia, & respectivè moderantia supervenerunt.

§. 7. Hinc Nos Animarum salutem, ac facultatum unicuique Officio, & Tribunali competentium ordini, & distinctioni, quantum Nobis ab Alto conceditur, consulere volentes, ac propterea Litterarum Apostolicarum, & vivæ vocis oraculorum præfatorum multipliciter, varietatem, & immutationes sedulâ meditatione pensantes, Nostræ Pœnitentiariæ, ac Majoris Pœnitentiarii facultates seligere, & selectas, cæteris exclusis, compilare, & in unum redigere decrevimus, ut quousque facultates hujusmodi extendantur, ac quomodo, & in quibus casibus exerceri possint, & debeant, certè, promptè, & distinctè sub unica, & omnium comprehensiva functione innoscescant.

§. 8. Omnium itaque, & singularum Litterarum, & oraculorum hujusmodi, ac aliarum, & aliorum, quæcumque sint, & si quæ sint, tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ac salvis, & in suo robore, & statu permanentibus iis, quæ in altera ex præfatis ejusdem Pii V. Prædecessoris Constitutionibus incipiente, *In omnibus*: super Ministrorum Pœnitentiariæ præfatæ qualitate, numero, functionibus, & officiis ordinata fuerunt, ac etiam salva semper Majoris Pœnitentiarii facultate Romanum Pontificem in quibuscunque particularibus casibus, tamen per præfatas Nostras Litteras non concessis, imò prohibitis, consulendi, ita ut ipsi Majori Pœnitentiarum de Romani Pontificis speciali mandato desuper vivæ vocis oraculo sibi facto procedere aßerenti, indubia fides debeat adhiberi, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine infra scriptas tantum facultates eidem Pœnitentiariæ, & Majori Pœnitentiarum de cætero competere, ac in illa, & ab illo in hunc, qui sequitur modum, exerceri posse hac Nostra perpetuò valitura Constitutione, statuimus, atque decernimus.

§. 9. Nostro itaque, & pro tempore existenti Majori Pœnitentiarum concedimus, ut omnes, & singulos cujuscumque qualitatis, dignitatis, & gradus Ecclesiasticos seculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti Regulares, nec non laicos quoscunque utriusque sexus, tam præfentes, quam absentes, ab omnibus, & quibuscunque culpis, criminibus, & excessibus, quantumcumque gravibus, & enormibus, à tam publicis, quam occultis quandocunque, & quomodocunque commissis & perpetratis, nec non ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque censuris, & penis Ecclesiasticis præmissorum occasione latis, & per illos incurfis, etiam in casibus nedum Superioribus Regularibus, & Ordinariis, sed etiam Nobis, & Sanctæ Sedi specialiter, ac etiam per litteras, quæ die Cænæ Domini quorannis promulgantur, reservatis, injuncta semper iisdem pro modo culpæ penitentia salutari, & aliis, quæ fuerint de jure injungenda, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat; Regulares nimirum à culpis, & censuris præmissis in utroque foro, & Ecclesiasticos seculares necnon laicos à prædictis culpis, & censuris in foro conscientie tantum; Eosdem verò Ecclesiasticos seculares, necnon laicos tunc in utroque foro absolvere, & absolvi mandare possit, quando agitur de excommunicatis, & suspensis à sententia generali, vel speciali Delegatorum, aliorumque Judicum, quorum jurisdictione expiraverit, seu etiam de illis, quorum absolutio per eosdem Judices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem & ad dictam Sanctam Sedem remissa, seu pariter de iis, qui legitimo impedimento detenti præsentiam Judicum, vel illorum, qui eos excommunicarunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios, adire non potuerint.

Successerunt ampliationes Successorum per vivæ vocis oracula.

Sub hac unica Constitutione compilantur facultates attendendæ, & non alia.

Præservatur Constitutio B. Pii V. super numero, & qualitatibus Officialium Pœnitentiariæ.

Nec non futura vivæ vocis oracula.

Pœnitentiarum Major absolvere potest omnes ab omnibus censuris quibuscunque reservatis.

Regulares in utroque foro; Ecclesiasticos seculares, & laicos in foro conscientie tantum.

In quibus casibus etiam istos in utroque foro.

Narratur eundem B. Pium V. alia Constitutione ordinasse numerum Ministrorum & facultates.

Ampliationes factæ ab eodem B. Pio V. & Gregorio XIV.

Urbanus VIII. postea in nonnullis moderatus fuit.

Abfolven-
di in utro-
que foro
debent
paruisse
iudicatio-
& parti sa-
tisfecisse,
vel satisfac-
tionem
obtulisse.

Venien-
tes Romā
abfolvi
possunt ad
effectum
confer-
endi In-
dulgētiarum

Ab Urbe
remitten-
di ad Judi-
ces abfolvi
possunt in
casu, & du-
rante peri-
culo.

Non po-
test absol-
vere à re-
servatis in
Bulla Cœ-
næ Princi-
pes, aut Iu-
ra Imperii
exerce-
ntes, seu E-
piscopos,
& Præla-
tos in cas-
ibus publi-
cis.

Non po-
test absol-
vere Car-
dinales, &
alios Sede
plena tra-
ctantes de
futuro
Pontifice
eligendo,
& contra-
venientes
in electio-
ne Consti-
tutionibus

Neque per
Astrologi-
am Judi-
ciam in-
quirentes
de vita
Pontificis,
& de statu
Reipub-
licæ.

Neque in
casibus
publi-
cis vio-
latæ Immu-
nitatis Ec-
clesiasti-
cæ.

§. 10. Ita tamen ut prædicti à censuris ab homine latis, seu declaratis in utroque foro, ut præfertur, abfolvendi, in suis congruis casibus respectivè iudicato paruerint, & parti satisfecerint, vel quamprimum potuerint, alioquin in easdem censuras reincidant, satisfaciunt: Eadem verò parte oblatam convenientem satisfactionem, quæ tamen in sententiis, seu decretis individuata non sit, irrationabiliter reculante, possit Major Pœnitentiarius Judicis, coram quo censurarum causa pendet, conscientie remittere, ut convenientem satisfactionem arbitretur, illaque per reum oblata, & per aliam partem irrationabiliter reculata, valeat, adhuc firma remanente hujusmodi oblatione, ad absolutionem procedere.

§. 11. Romam quoque advenientes ab omnibus per quemcumque Judicem, vel aliis quomodocunque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, seu alibi promulgatis, & in eadem Curia notoriis censuris, ad effectum dumtaxat, ut Indulgētiarum Sacra Urbis loca piæ, ac religiosè invictibus concessas, liberè, & licitè consequi valeant, ita ut, simul ac Indulgētiarum præfatarum consequuti fuerint, iisdem, quibus antea censuris confecti teneantur, abfolvere, & abfolvi mandare possit, & valeat, Quod si censuris ab homine nominatim ligati pro absolutione Romam advenierint, sed pro illa obtinenda fuerint ad eorum Judices remissi, & probabile mortis periculum in itinere pertimescunt, poterit Major Pœnitentiarius ad congruum tempus ab ipso pro hujusmodi itinere agendo arbitrandum, sub conditione, si hujusmodi periculum imminet, & cum reincidentia, si præfati idem periculum evaserint, in foro conscientie tantum abfolvere, & abfolvi mandare.

§. 12. Nequeat tamen in ullis casibus publicis, qui in præfatis Litteris die Cœnæ Domini legi consuevis continentur, etiam si Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel etiam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consuli non posset, Principes, & alios Jus Imperii etiam Vicario nomine habentes, ac Dominia, & Reipublicas, seu personas illorum, & illarum Administrationem habentes, vel habere solitas, nec non Episcopos, & alios Superiores Prælatos abfolvere, & mandare.

§. 13. Minusque possit etiam in occultis, etiam in foro conscientie tantum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & alios cujuscunque qualitatibus, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentie fuerint, qui vivente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambitulve, aut pactiones fecerint, seu Sede Apostolica vacante in censuras, seu penas in felicis record. Gregorii Papæ XV. & præfati Urbani VIII. etiam Prædecessorum Nostrorum super electione Romani Pontificis pro tempore faciendâ, decimo septimo Kalend. Septembris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, & quinto Kal. Februarii Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo vigesimo quinto respectivè emanatis Litteris contentas, quomodolibet incidere, abfolvere, & abfolvi mandare.

§. 14. Nec pariter possit, etiam in occultis, etiam in foro conscientie tantum eos, cujuscunque qualitatibus, status, dignitatis, præminentie, & conditionis fuerint, qui Astrologia judiciaria, vel alias per se, vel per alios de statu Reipublicæ Christianæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, inquirentes, ejusdem Urbani Prædecessoris Prædicti Kal. Aprilis Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo trigesimo primo contra illos editis Litteris contravenerint, abfolvere, & abfolvi mandare.

§. 15. Nec similiter valeat in casibus publicis, etiam in iudicio non deductis, violatæ Immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticæ ullatenus abfolvere, seu abfolvi mandare.

§. 16. Eos tantum hæreticos in foro conscientie

dumtaxat absque alia abjuratone coram Ordinario, aut Inquisitore faciendâ, abfolvat, seu mandat abfolvi, qui cum nemine de suis hæresibus loquuti sunt, & omnino sunt occulti, etiam si aliquos extrinsecos actus fecerint, ex quibus argui potuissent hæretici, dummodò tamen ad eosdem actus, quamvis de sui natura noscibiles seu ad notitiam deducibiles, quantum ipsi sciant, & prout credunt, nullus advertit; Apostatas quoque à fide catholica, & hæreticos in eodem foro conscientie dumtaxat abfolvat, seu absolvi mandat in iis solum casibus, in quibus necesse non est complices denunciare, quando nimirum iidem complices mortui, seu ex regionibus palam infectis, & in illis degunt, non tamen quando complices Itali, vel Hispani, seu ex illis regionibus essent, in quibus S. Inquisitionis Officium ad Majorem Pœnitentiarium abfolvendos remitteret, interdicta.

§. 17. Munera à Regularibus contrarecolen. mem. Clementis Papæ VIII. pariter Prædecessoris Nostri Anno Incarnationis præfate 1594. tertio decimo Kal. Julii editam Constitutionem ultra valorem decem scutorum monetæ recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, antè factam restitutionem non abfolvat, nec mandat abfolvi; Infrâ verò prædictum valorem, non nisi factâ arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarum, seu per eum eligendi Confessarii elemosinâ, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure faciendâ esset restitutio, si cautè fieri potest, erogetur, abfolvat, seu mandat abfolvi.

§. 18. Moniales, & quascunque personas, quæ in casibus publicis clausuram earundem Monialium ad malum finem violaverint, & respectivè ausæ fuerint violare, non abfolvat, nec mandat abfolvi, nisi in casibus, in quibus ipsi Episcopi, seu Ordinarii pro ipsis delinquentibus supplicaverint, & casus ad Congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam deducti non fuerint.

§. 19. Confessarios Monialibus nullatenus concedat, & Capuccinos in illis regionibus, in quibus iidem Confessionibus audiendis operam dare non solent, in Confessarios non deputet.

§. 20. Ad hæc desuper quacunque irregularitate, & inhabilitate ex quocunque delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocunque defectu proveniente, in casibus tamen occultis, & in foro conscientie tantum, præviâ in gravioribus casibus maturâ discussione faciendâ in Penitentiariæ Signatura, dispensare, vel dispensari mandare possit, tam cum Ecclesiasticis Secularibus, quam cum Laicis respectivè, cum quibus expediens videbitur, ut Ordinibus initiari, & in susceptis etiam sacris, & Presbyteratus ordinibus ministrare, & ad Superiores conferre, ac Dignitates etiam Cathedrales, & Metropolitanas, ac quacunque Beneficia Ecclesiastica quodocunque ante dispensationem alioquin canonice obtentas, vel obtenta, retinere, necnon hujusmodi Beneficia, & Dignitates (exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu, Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis) etiam post delictum assequi valeant.

§. 21. Cum Hæreticis, & Apostatis à fide Catholica, quando hæresis, & apostasia hujusmodi nullatenus est propalata, & casus gravitas non suadet Pœnitentes ad S. Inquisitionem remittendos esse, super quacunque irregularitate, inhabilitate, & infamia exinde contractâ, tam ad Ordines, sive susceptos, sive suscipiendos, quam ad beneficia dispensari mandare possit, & valeat.

§. 22. Cum malè promotis occultis, non obstante ejusdem memor. Sixti Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri Anno Incarnationis prædictæ millesimo quingentesimo octogesimo nono Nonis Januarii edita Constitutione, & signanter cum promotis per saltum, etiam præteritu licentiarum de promovendo extrâ tempora, vel non servatis interstitiis, vel sine litteris dimissorialibus proprii Ordinarii, non

Potest ab-
solvere
Hæreticos
occultos
in foro
conscien-
tiæ.

Et Aposta-
tas à Fide,
quando
non est ne-
cesse de-
nunciare
complices

Potest ab-
solvere re-
cipientes
munera à
Regularibus,
factâ elemosy-
nâ.

A casibus
violatæ
clausuræ
Moniali-
um quan-
do possit
abfolvere.

Moniali-
bus non
det Confes-
sarios,
& de Ca-
puccinis
non depu-
tandis.
Dispensa-
re potest
in foro
conscien-
tiæ super
quacunque
irregulari-
tate ad or-
dines, &
beneficia.

Etiam
cum Hære-
ticis, & A-
postatis à
Fide, nisi
ob gravi-
tatem re-
mittendi
ad S. Inqui-
sitionem.

Dispensa-
re possit
in foro
conscien-
tiæ cum
malè pro-
motis in
casu gra-
vis scan-
dali.

dispen-

dispenset, nisi in foro conscientiae, quando periculum adesset gravium scandalorum, tunc enim possit in forma Penitentiariae consueta dispensare, ut scilicet omnes Ordines secreta recipiant à quolibet Catholico Antistite gratiam, & communionem cum Sede Apostolica habente, & tunc, & extra tempora, & non servatis interstitiis, & absque praefatis dimissionibus.

Etiā cum promotis si moniac.

§. 23. Cum promotis ad Sacros Ordines, qui simoniam cum Episcopis promoventibus commiserint, dispensare, & dispensari mandare possit in occultis dumtaxat, & in foro conscientiae tantum, cum clausula monitis monendis, & in iuncta gravi poenitentia, ac praesertim discussa in Signatura.

Quoad Beneficia dispensare possit super simonia ignoranter commissā.

§. 24. A dispensationibus, seu convalidationibus titulorum etiam in occultis casibus abstineat, cum agitur de simonia reali scienter contracta, & de beneficiis, super quibus contracta est ipsa simonia; At si illa contracta fuisset ignoranter etiam ignorantia juris inculpati, possit Major Penitentiarius in occultis, & in foro conscientiae tantum, dispensare, & beneficiorum post simoniam obtentorum titulos convalidare, modo Orator de eadem simonia certior factus, quam primum commodè potuerit, perierit dispensationem, omni alia facultate in ceteris simoniae casibus, & praesertim publicis, interdicta.

Titulos Beneficiorum in concursu obtentorum convalidare.

§. 25. Titulos Beneficiorum in concursu obtentorum in foro conscientiae tantum in occultis convalidare possit, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illa irreteus impetrans administravit.

De non condonandis fructibus amissis ob non susceptum munus consecrationis.

§. 26. A convalidatione titulorum, & condonatione fructuum abstineat quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi, infra praefinitum tempus munus consecrationis non susceperint.

De condonatione fructuum Beneficiorum in occultis tantum cum distinctione modi iuxta Nationem, & personarum differentiam.

§. 27. A compositione pariter, & condonatione fructuum Beneficiorum, & Ecclesiarum Episcopaliū, ac etiam distributionum quarumcumque quovis modo male perceptorum in casibus non occultis, abstineat: In occultis verò possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, in iuncta eisdem poenitentibus erogatione elemosynae ipsius Majoris Penitentiarii, vel Confessarii ab ipso deputandi arbitrio limitandae. Cum reliquis autem videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum personis discretè compositionem concedere, & ea mediante fructus condonare, pecuniis exinde exactis receptori emolumentorum Datariae nostrae integraliter consignatis: Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittit, possit condonare, in iuncta elemosynā modo supradictā, quae nihilominus sine praepjudicio illorum, quibus distributiones accrescere, vel non decrescere debent, sint, & censentur ordinatae.

Dispensare potest cum Regularibus super quibuscunque irregularitatibus ad ordines, vocem, officia, & Beneficia ordinis.

§. 28. Cum Regularibus autem super irregularitate quoruncumque criminum quodcumque perpetratorum, vel incursum in censuras occasione, vel quia iidem sic ligati suos Ordines, non tamen in contemptum clavium, exercebant, aut illis se immiscuerunt, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem irregularitate, & quibuscunque aliis defectibus non obstantibus, susceptis ordinibus, & eorum privilegiis uti, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, & ordines non susceptos suscipere, & in iisdem similiter etiam in altaris ministerio ministrare, nec non quaecunque, quocumque, & qualiacunque suorum ordinum, & Congregationum, alioquin canonice obventa officia, Beneficia regularia, munia, praerogativas, dignitates, & praeturas etiam majores, & principales, retinere, & exercere, nec non eadem, seu easdem (non tamen Generalatum) ad quas, seu quas in futurum canonice, & iuxta eorumdem Ordinum, & Congregationum Regularia Instituta, eliguntur, vel aliter assumuntur, recipere, assequi, gerere, & liberè exercere etiam licite valeant, dispensare, eosque in pristinum, & ad eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant, statum, & ad vocem activam, & passivam restituere, reponere, & plenariè reintegrare, & poenas

illis gratiosè remittere, & condonare, nec non pro majori absolutionum, & dispensationum praefatarum firmitate quibuscunque Constitutionibus, ordinationibus, statutis, & privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare, Major Penitentiarius praefatus possit, & valeat.

§. 29. Volumus tamen, ut in huiusmodi casibus occultis in foro conscientiae tantum, in publicis verò casibus in utroque foro, auditis tamen, & supplicantibus Superioribus, bonumque testimonium de ipsis Regularibus ferentibus, gravatā in iis eorumdem Superiorum conscientia, & maturā circumspeditione, semper adhibita, cum iisdem Regularibus ut praetertur, dispensare, & dispensari mandare valeat.

§. 30. Cum homicidis, bannitis, aliisque delinquentibus, qui memorati Sixti Praedecessoris Anno Incarnationis praefatae millesimo quingentesimo octogesimo septimo, sexto Kal. Decembris expeditis Litteris, Religionem ingredi, & in ea professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habitare, & habitari mandare, ac cum iis, qui homicidia voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profiteri, in utroque foro, quando sic expedire videbitur, dispensare, & dispensari mandare valeat, ea tamen lege, ut sic habitandi, seu dispensandi Fiscum, & Partem prius concordaverint, & professionem emittant, nec ante professionem huiusmodi in susceptis ordinibus ministrare, nec ad superiores ordines ascendere possint.

§. 31. Quoad Apostatas, & transitum Regularium de una ad aliam Religionem, citra aliquam innovationem interim faciendam, an, & quales facultates Majori Penitentiario remanere, reformari, seu concedi conveniat, de nonnullorum S. R. E. Cardinalium desuper à Nobis deputatae Congregationis consilio suis loco, & tempore decernemus.

§. 32. In matrimoniis contrahendis possit idem Major Penitentiarius in foro conscientiae tantum super impedimentis occultis, quae matrimonium non dirimunt, dispensare, vel dispensari mandare: At a dispensationibus super quocumque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spiritali proveniente, etiam in foro conscientiae tantum, tamen si impedimentum sit occultum, & periculum scandalorum imminet, in iisdem matrimoniis contrahendis abstineat.

§. 33. In contractis verò matrimoniis a dispensatione, seu matrimonii revalidatione in gradibus primo, & secundo, seu secundo tantum consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita etiam in occultis pariter abstineat, praeterquam si in huiusmodi secundo tantum gradu impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, & oratores simul publice contraxerint, & convixerint, & uti conjuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem, & quarto gradibus publicis revalidare matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis occultae Litterarum Apostolicarum, praeterquam si falsitas constet in narratione praecedentis copulae, quae tamen antea non inrecesserat.

§. 34. Quod si oratores, qui obtinuerint, à Nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito tam in primo, & secundo, quam in secundo tantum, ac etiam in tertio, vel quarto, tacita copula inter eos sequuta, quam sine honoris detrimento detegere non valeant, & ratione huiusmodi taciturnitatis petant dispensationem pro matrimonio contrahendo, seu revalidationem matrimonii contracti, possit idem Major Penitentiarius, si copula sit adhuc secreta, in foro conscientiae tantum concedere, facta quando agitur de primo, & secundo, vel secundo tantum gradu compositione quinquaginta ducatorum auri de Ca-

Id possit in utroque foro, auditis Superioribus pro foro externo.

Homicidas & Bannitos ad ingressum in Religionem habitare, & Fisco, ac parte concordatis pro ingressu post professionem dispensare super Irregularitate.

Circa Apostatas, & transitum de una ad aliam Religionem alias providebitur.

Dispensare potest super occultis impedimentis non dirimentibus matrimonium. Non potest super dirimentibus etiam occultis.

Non potest revalidare matrimonia nulla ob impedimentum primi, & secundi gradus. In impedimento secundi potest post decennium, in quibus casibus possit in aliis gradibus.

De servandis in casu nullitatis dispensationis ob tacitam copulam.

Circa eadem mendacis expreſſionis intentionis.

Diſpenſare poteſt in impedimento Affinitatis ex actu fornicario.

Etiā in impedimento criminis, utroque, vel altero machinante.

Diſpenſare etiā quādo plura ſimul ſunt impedimenta, & problem nunciare legitimam.

Facultas commutandi Vota ſimplicia etiā iurata.

mera ad Datariam tranſmittendorum, ad effectum, ut inconcuſſi moris eſt, erogandi in eleemoſynas, niſi prior gratia expedita fuiſſet in forma pauperum, quo caſu etiā hæc gratia abſque ulla compoſitione ſimiliter expeditur.

§. 35. Si verò oratores, qui obtenta diſpenſatione à Dataria ſuper impedimento primi, & ſecundi, ſive ſecundi dumtaxat gradus conſanguinitatis, ſeu affinitatis, cum expreſſione quidem carnalis copulæ, ſed tacitâ occultâ, & malicioſa intentione in ipſa copula habita ad facilius habendam diſpenſationem, pro revalidatione huiusmodi diſpenſationis recurrant ad dictam Pœnitentiarium, poſſit idem Major Pœnitentarius deſuper diſpenſare cum miſerabilibus perſonis explicite affirmantibus, ſe uti tales, & ſub illa expreſſa qualitate, & forma miſerabilium diſpenſationes à Dataria obtinuiſſe: Cum iis verò qui non tanquam pauperes, ſed uti ex honeſtis familiis, ſive uti nobiles ſive uti illuſtres fuerint ſimiliter ab eadem Dataria diſpenſati, idem Major Pœnitentarius non diſpenſet, niſi ſolutâ prius in Dataria, ad effectum pariter erogandi in eleemoſynas, taxâ cum Datario pro tempore exiſtente concordandâ. Quod ſi ſupplicantes ſint pauperes ita, ut verè, & realiter integram ſummam taxatam, vel aliquam ejus partem ſolvere nequeant, præſatus Major Pœnitentarius in ſimul cum eodem Datario opportunè provideat.

§. 36. Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, ſeu ex actu fornicario proveniente, quotieſcunque adit rationabilis cauſa, licet periculum revelationis, ſeu ſcandalorum non immineret, vel non adellet, in matrimoniis tam contractis, quàm contrahendis, in foro conſcientiæ tantum; quoties verò affinitas huiusmodi poſt contractum matrimonium ſupervenerit, ut debitum peti poſſit, in eodem conſcientiæ foro diſpenſare, & diſpenſari mandare poſſit, & valeat.

§. 37. Super occulto impedimento criminis adulterii, ſi fuerit cum fide data, dumtaxat neutro machinante, commiſſum, poſſit tam in contrahendis, quàm contractis matrimoniis diſpenſare: Si verò crimen huiusmodi fuiſſet utroque, vel altero machinante patratum, poſſit diſpenſationem concedere, raro tamen, & quando neceſſitas poſtulaverit ratione aliquiſus gravis imminentiſis periculi, quod prudentia Majoris Pœnitentarii, re præſertim diſcuſſa in Congregatione, vel Signatura arbitrandum erit.

§. 38. Declaramus tamen, quod facultates præſatæ à Nobis Majori Pœnitentario, & ejuſdem Pœnitentariæ officio conceſſæ circa diſpenſationes matrimoniales locum habeant, etiāſi gradus, & impedimenta huiusmodi multiplicia ſint quacunque, & quantumque multiplicitate; Volentes in Litteris huiusmodi diſpenſationum matrimonialium poſſe prolem, ubi opus erit, ſive ſuſceptam, ſive ſuſpiciendam, non tamen in adulterio conceptam, in foro conſcientiæ tantum legitimam decernere, nec non apponi clauſulam nullis &c. prout in huiusmodi materiis hætenus ipſa Pœnitentaria ſervare conſuevit.

§. 39. Vota ſimplicia quæcunque quomodolibet, tamenſi privato juramento confirmata, etiā caſtitaſis, religionis, viſitationis liminum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Urbe, Sepulchri Domini, & Jacobi de Compſtella, poſſit idem Major Pœnitentarius in alia pietatis opera commutare, votorum implementum diſſerre, ab illorum transgreſſionibus abſolvere, & cum iis, qui matrimonium contrahendo votum caſtitaſis transgreſſi, ad licitè debitum conjugale petendum, diſpenſare, & reſpective commutari, diſſeri, abſolvi, & diſpenſari mandare ſemper in foro conſcientiæ tantum poſſit, & valeat, conſideratis cauſis commutationum, dilationum, abſolutionum, & diſpenſationum huiusmodi, & adjectis clauſulis, quas apponere, iſque injunctis, quæ injungere hætenus Pœnitentaria laudabiliter conſuevit.

§. 40. Super recitatione Divini Officii, ſeu Horarum Canonicarum propter aliquam impoſſibilitatem, ſeu moralem difficultatem cum commutatione in alias preces, vel orationem, ſeu illarum injunctiōe facultatem habeat diſpenſandi.

§. 41. Juramenta quæcunque, in quibus exploratum erit, nullum cuiuſque agi præjudicium, facultatem habeat in foro conſcientiæ dumtaxat relaxandi.

§. 42. Quoad malè ablata, vel retenta, quando Domini ſunt incerti, & caſus ſunt occulti, partem aliquam delinquentibus pauperibus, ſi eorum qualitate, & neceſſitate penſatis, ita videbitur, remittere, ſeu condonare vel remitti, ſeu condonari mandare poſſit, reſiduum verò pauperibus, vel in pia opera in locis, ſi fieri poteſt, ubi illa ablata, exorta, ſeu uſurpata ſunt, diſtribui, ſeu converti mander.

§. 43. Cum puellis, quæ virgines non ſunt, & dotes petunt, ſeu obtinuerunt à Conſraternitatibus, aut aliis locis, vel diſpenſationibus piis, quibus injunctum eſt, ut illas Virginibus tantum dent, ſeu diſtribuant, in occultis, & in foro conſcientiæ tantum, quatenus illæ in poſterum honeſtè vivant, facultatem habeat diſpenſandi.

§. 44. Dubia in materia peccatorum, ſeu forum pœnitentiale alias quomodolibet concernentia cum conſilio Doctorem, & Theologorum ſuorum valeat declarare.

§. 45. Commiſſiones Majoris Pœnitentarii, etiāſi committens, illis nondum præſentatis, re integra deſinat quomodocunque Pœnitentarius exiſtere, non expirent.

§. 46. Sede Apoſtolica vacante Major Pœnitentarius, ejuſque Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conſcientiæ pertinent, in reliquis eorum officium conſueſcat, & à quibuſcunque matrimonialibus, & aliis diſpenſationibus, ac abſolutionibus, & declarationibus, necnon quibuſvis aliis expeditionibus forum fori mixtum, vel ſeparatim quomodolibet reſpicientibus, omnino abſtineant.

§. 47. Quotieſcunque Procuratores, & Scriptores Pœnitentariæ ſecretæ aliqua mala valetudine detinentur, vel ex aliqua legitima cauſa Major Pœnitentarius expediens judicaverit, poſſit alios in eorum locum durante infirmitate, ſeu cauſa ſubrogare, ſeu ſubſtituere, præſtito ſolito juramento, & cum iſdem obligationibus, quibus alii Procuratores, & Scriptores titulat adſtringuntur.

§. 48. Nullus Minor Pœnitentarius trium Baſilicarum Urbis poſſit admitti, ſeu recipi ad officium, niſi prius à Majori Pœnitentario, ac Pœnitentariæ Congregatione, ſeu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & poſtquam admiſſus fuerit, nequeat ſine ejuſdem licentiâ diſcedere, ſeu admitti, idemque ſervetur quoad Minores Pœnitentarios Laurentanos, quibus, & aliis ſupradictis Major Pœnitentarius poſſit facultatem ad libitum concedere, & quorum examen poſſit in abſentia etiā Epifcopo in partibus ſibi beneviſo, committere.

§. 49. Omnibus Chriſtiſidelibus, qui ex veteri, & laudabili inſtituto Pœnitentiarium Majorem munere ſuo ſtatutis diebus in hebdomada majori ſolemni ritu fungentem piè, reverenterque adierint, ſeſequæ pœnitentiaſis virga tangendos ſubmiſerint, centum dies de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueſta relaxandi perpetuam facultatem eidem Majori Pœnitentario confirmamus, & quatenus opus ſit, de novo concedimus.

§. 50. Decernentes præſentes Litteras etiā ex eo, quod Major Pœnitentarius, ac præſatæ Pœnitentariæ Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicunque in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, eiſdem præmiſſis non conſenſerint, aut vocati, ſeu auditi non fuerint, aliaque quavis cauſa quantumvis legitima, & juridica, de ullo ſubreptionis,

Communi obli-gationem recitandi Officium Divinum.

Relaxandi juramenta.

Pro malè ablatis, quando Domini ſunt incerti, quid injungendū.

Condonandi dotes debitas Virginibus obtentâs à non Virginibus

Facultas declarandi dubia conſcientiæ.

Commisiones Pœnitentariæ non expirant celande Pœnitentario Sede Apoſtolica vacante in quibus ceſſet facultas.

Subſtituendi pro Officialibus infirmis.

Forma ſervanda in admittendis Pœnitentariis minoribus

Indulgentia pro ſubmittentibus caput ſerula Majoris Pœnitentarii

Clauſula roborativa cum decreto irritanti.

vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & à Majori Penitentiario, Regente, & Officialibus prædictis aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariis.

§. 51. Non obstantibus præmissis, & aliis quibuscunque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dictæ Penitentiariæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus quibuscunque, ac quibuscunque vivæ vocis oraculis, privilegiis, indultis, & Litteris Apostolicis ejusdem Penitentiariæ Officio, illiusque Majori Penitentiario, ac Officialibus, & Ministris, & quibuscunque aliis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & alias quomodolibet per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil, penitus omisso, & formâ in illis tradita observata, iisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permanentibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

A. 1692. 3.
Septemb.
P. A. 2.

§. 52. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum compilationis, concessionum, prohibitionum, decretorum, statuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, derogationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, tertio nonas Septembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodaturus

J. F. Card. Albanus.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. Ciampinus

Loco † plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicatio

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione decimaquinta, die vero decimamona Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina Pro-

videntia Pape XII. Anno Secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Johannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Cannamelinum ejusdem Sanctiss. D. N. Pape Cursorem.

M. Aurelius Pelliccio Curs. Magister.

Constitutio revocatoria Tribunalium particularium, Judicium specialium, & facultatum eis à Prædecessoribus diversis temporibus concessarum.

XXIII.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROMANUS Pontifex curæ agri Dominici more diligentis patris familias indefinenter invigilans, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, utilia verò plantet, & ædificet, ea etiam, quæ alias rationabilibus tunc suadentibus causis à Sede Apostolica concessa fuerunt, ex aliis validioribus, seu supervenientibus rationibus, quibus præsertim faciliori, ordinario, & juridico justitiæ cursui in Romana Curia cæterarum magistræ uberius consulitur, ad viam juris reducere, moderari, immutare, & revocare non desinit, & in his sollicitudinis suæ studium interponit, quando & prout in Domino conspexit salubriter expedire.

§. 1. Hinc est quod Nos sedulâ meditatione penitantes, privilegia privativarum, seu cumulativarum jurisdictionum, etiam cum facultate proprios, seu beneficos Notarios habendi, seu deputandi, quàm pluribus præfate Curie particulariter institutis Judicibus, seu Tribunalibus à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri, aliquorum Seculorum spatio concessa, ita paulatim quidem, sed in immensum excrevisse, ut Judicium, & Tribunalium ordinariorum jurisdictio magnopere decreverit, & super hujusmodi jurisdictionum constitutu, & Judicium competentia frequentes contentiones, expeditam causarum terminationem cum litigantium damno, & Causidicorum incommodo differentes irreperirent; Ac propterea inter alia, quæ circa eandem Curiam emendanda, reformanda, & rectius ordinanda suscepimus, quantum Nobis ex alto conceditur, hujusmodi absurdum occurrere, ac præfate Curie, ejusque Judicium, & Tribunalium majori decori, & ordini, sicut Justitiæ ratio, & publica utilitas postulant, hac Nostrâ speciali Constitutione prospicere volentes, motu proprio, ex certa scientia, & maturâ deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nec non de nonnullorum Dilectorum Filiorum ejusdem Curie Prælatorum, & Virorum pietate, doctrinâ, prudentiâ, & rerum usu præstantium, ad hunc effectum de mandato Nostro pluries congregatorum consilio, omnia, & singula hujusmodi particularia Tribunalia, & speciales Judices vigore privilegiorum præfatorum in eadem Curia hætenus constituta, seu constitutos, tenore præsentium penitus, & omnino supprimimus, abolemus, & abrogamus, & propterea ad viam Juris reducimus omnia, & singula, indulta, facultates, & privilegia habendi, seu deputandi tam in prima, quam in ulterioribus instantiis omnes prædictos particulares Judices quocunque nomine nuncupatos, ac etiam Assessores, Congregationibus etiam S. R. E. Cardinalium, Ecclesiis, & Basilicis, etiam Patriarchalibus, Monasteriis, Abbatibus, Collegiis, etiam Nationalibus, etiam sub cura, & administratione Presbyterorum, seu Clericorum Regularium Societatis Jesu existentibus Archihospitalibus, & Hospitalibus etiam S. Spiritus in Saxia, & Neophytorum Archiconfraternitatibus, Confraterni-

Aboletur
Judicium
particularium
facultas
eligendi
Notarios
sibi
beneficos.